

328

h Ligna siluarum.

amdi. locudentur caeli quos dñs fecit. exultet terra. quam conplu-  
 unt caeli. Caeli enim praedicatores. terra auditores. Commoueat ma-  
 re & plenitudo eius. quod mare. Saeculum. Commotum est mare & ple-  
 nitudo maris. Omne saeculum concitatum est aduersus ecclesiam. cum di-  
 lataretur & aedificaretur toto orbe terrarum. De ipsa commotione au-  
 distis in euangelio. tradent uos adiudicia. Commotum est mare. sed quan-  
 do uicerit mare cum qui caelos fecit. Gaudebunt campi & omnia que  
 in eis sunt. Omnes lenes omnes mites. omnes aequi campi sunt di. Tunc ex-  
 ultabunt omnia ligna siluarum. pagini sunt. Quare iam gaudent.  
 quia precisi sunt oleastris & inserta in oliua. Tunc exultabunt omnia lig-  
 na siluarum. quia praecisae sunt ingentes arbores cedrinae & cypressinae.  
 & in putribilia ligna translata sunt ad aedificationem domus. Ligna sil-  
 uarum erant. sed ante quam irent in aedificium. Tunc exultabunt omni-  
 a ligna siluarum. Ante faciem dñi quò uenit. quò uenit iudicare terrā.  
 primo uenit. & post ea uenturus est. primo uenit in ecclesia sua. in nubibus.  
 quae sunt nubes quae eum portauerunt. Apostoli praedicantes de quibus  
 audistis cum legeretur apostolus. Legatione inquit pro xpo fungimur.  
 obsecrantes pro xpo reconciliari dō. Ipsae sunt nubes in quibus uenit ex-  
 cepto aduentu suo posteriore. quò uenturus est iudicare uiuos & mortu-  
 os. Uenit primo in nubibus. haec primo uox ipsius sonuit in euangelio.  
 A modo uidebitis filium hominis uenientem in nubibus. Quid est amo-  
 do. Nonne dñs postea uenturus est quando se plangent omnes tribus  
 terrae. Iratus uenit in predicatoribus suis. & impleuit totum orbem  
 terrarum. Non resistamus primo aduentui. ut non expauescamus secun-  
 dum. Et uae tunc pregnantibus & mammantibus. Audistis modo in eu-  
 angelio. Cauete quia nescitis quahora ueniat. In figura dicta sunt.  
 quae sunt pregnantes & quae sunt lactantes. pregnantes animaedi-  
 cuntur. quae habent spem in saeculo. quae autem adeptae sunt iam quod  
 sperabant. prolactantibus sunt positae. Verbi gratia. emere uult uil